



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Christ. Francisci Paullini, Ferrariâ-Thuringi, Rerum Et  
Antiquitatum Germanicarum Syntagma**

**Paullini, Christian Franz**

**Francofvrti ad Moenvm, 1698**

Amice Lector.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44860**



## MIA MICE LECTOR.

**C**ujas fuerit Frater noster *Cornelius*, seu ubi vixerit, certò tibi non dixero. Monachum autem fuisse Congregationis Benedictinæ, passim ex *Breviario* ejus vides. Evidem nihil novi, seu curiosi tibi dabit, si res *Fuldenses* antea vel ex *Brovvero*, seu *Eberhardo Fabricio*, aliisve, haufisti pleniū. Ille enim *Antiquitates Fuldenses*, IV. libris comprensas, luculenter descripsit, & Antverpiæ ex officina *Plantiniana* Anno MDCLXII. edidit, easq; *Joanni Friderico*, qui anno MDCVI. cœpit, & anno MDCLXIII. desit, humiliter inscrisit. Hic verò telam, quam *Conradus Bachmannus*, Prof. olim Marburg., orsus erat, feliciùs pertexturus, Illustres Abbates numeris quidem inclusit, sed plus ultra gradiens, subnexis notis historicis vitas, resq; eorum gestas, à primis incunabulis, usque ad *Joachimum*, bellè illustravit, libellumq; suum *Gisæ* editum anno MDCLV. *Gloriam Fuldae speciose* appellavit. Si tamen vera fateri fas sit, suspicor utique, *Brovverum* aliquando in usum traxisse *Cornelium*, licet nullib; ejus meminerit. Multa certè debet *Gualteri chronicorum*, cuius tamen nulla apud eum exstat memoria. *Fabricius* verò vitulâ Browerianâ quotidie aravit, ut ita, nisi me ipsum fallo, faculam illi prætulisse videatur cœnobita. Tu verò varias inter defuncti seculi schedas has quoque admitte.

Et

Et si prolixiori cupias institutionem, adi *Brovverum*, *Fabricium*, & alios, vel, si præstolari velis, *Historiam nostram Fulensem*, patrio idiomate scriptam, quam publico bono spondemus, *iar i Kœs & Dehns, & Cöppauer.* Ceterum vale & fave! *Ferrariae Thuringorum*  
Anno Gratiæ MDCXCVIII.

\* \* \*

**F**ulda Tibi nomen, dum *Illustria* nomina *Fuldae*  
das, dabit, & famam sculpet in ære tuam.  
Singula succinctè, at distinctè *Frater* adumbrat,  
anon ars paucis dicere cuncta bene?  
*Historicus profit, delectet, & instruat: in te*  
*trinum hoc perfectum quis neget esse? sat est!*

Volante crenâ scrib.

**M. Bonifacius Allmerus.**

(II)

BREVI-